



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Conuertitae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- intra annum omnino soluatur pretium .
ibidem.
- 13 Si non extinguatur , adhuc semper extingui potest. *ibid.*
- 14 Neque pactum ullum fiat ob non extinctum censum. *ibid.*
- 15 Alteri creati census habeantur sceneratitij. *ibid.*
- 16 Res instructifera ea esse declaratur, quæ tota , vel ex parte instructuosa perpetuo redditus , non aliquibus annis. Pius V. 1570.
- 17 Neque prohibetur , quin possint repeti expensæ , quæ fiunt litigando contra mortuum debitorem. *ibid.*
- 18 Neque prohibentur fideiussiones , aut hypotheca bonorum pro euictione rei grauatae , censu , aut pro solutione censu. *ibid.*
- 19 In casu dotis assignandæ , non est necessaria pecunia coram Notario , & satis est etiam idonea schedula bancaria pro pecunia numerata. *ibid.*
- 20 Census super bonis Communitatum status ecclesiastici non possunt excedere septem pro centenario. Clem. VIII. apud Nald.
- V. Census num. 15.*

Conuertitæ.

- 1 Constitutiones Conuertitarum seruentur. Trid. *seff. 25. cap. 18. de Regul.*
- 2 Numerus certus ne in ijs constituantur , nec habeat locum in ijs , quod loco dotis , alimentorum in alijs Monialibus est decretum Pro. 6.
- 3 In ijs recipiendis sufficit consensus maioris partis Capituli. *ibid.*
- 4 Item in ijs admittendis ad professionem. *ibid.*
- 5 Professio emittatur ea ætate , eoque temporis spatio , quibus iure communi licet , aut earum statutis est cautum. *ibid.*
- 6 Quæ post annum probationis non sunt habiles ad professionem aut eam omittere recusant , è Monasterijs nisi causis iure permissis , ne ejiciant ; sed tempus Novitiatus proerogetur. *ibid.*
- 7 Neque eæ , quæ non sunt habiles ad officium , etiamsi domus illa non egeat Conuersis , contra institutum reppellan- tur. *ibid.*

V. Monialium clausura per totum.
Monialium educatio actualia. num. 4.
Monialium cura temporalis. num. 19.

Corporale.

- 1 **E**x lino debet esse . capit. *Consulto de conf. dist. 1.*
- 2 Ex cannabe fieri potest Azor. lib. 10. cap. 28. quæst. 8.
- 3 In extrema parte eiusdem addi potest sericum , & aurum. Suar. 3. p. *dist. 81. feit. 6.*
- 4 Crux acu pingi potest in anteriori parte. Acta Med. Eccl. de saer. *Suppellec.*
- 5 Benedicuntur vna cum palla. Pont. Rom.
- 6 Non debet tangi à laicis , nec à sacratis sc̄minis. *c. Sacras. dist. 23.*
- 7 Neque lauari debet in vase communii. Ordo Rom.
- 8 Post primam lotionem potest tangi , & reparari à non sacris , antequam iterum adhibeatur. Sylvest. *V. Corporalia. quæf. 1.*
- 9 Post vsum , & post lotionem non debet iterum benedici. *idem ibid. quæf. 2.*

Curiales.

V. exempti. num. 3. 4.

Decimæ.

- 1 **S**oluuntur integrè ab ijs , ad quos spe-
ctat Trid. *seff. 25. cap. 12.*
- 2 Qui eas subtrahunt , aut impediunt , ex-
communicentur , nec absoluuntur , nisi plena restitutione secuta. *ibid.*
- 3 Euulgetur hoc decretum Concilij in
Dominica prima Adventus. Provinc. 1.
- 4 Non potest Episcopus alicui concede-
re immunitatem à Decimis per viam priuilegij. Monet de Decim. *cap. 5. quæf. 2. con. 1. 1.*
- 5 Potest remittere Decimas , maximè suæ
mensæ debitas ex iusta causa. *ibid.*
- 6 Item interponere decretum , & consen-
sus in cōpositione super solutione De-
cimarum. *ibid.*
- 7 Decimarum ecclesiasticarum inuestitu-
ras in perpetuum factas laicis , sed maiori-
ris legitimè , declarat iuritas Episcopus
in earum recognitione. Provinc. 3.

8 Pri-